In Nomine Dni. Amen. Haec est Copia sumpta, sive
transumptum pub.m Rubricae 39. Statuti M.cae Civitatis
Fulginei, tenoris seq.tis vid.

De Arbitris recipiendis et modo per eos servando Rub. 39 -
Item cupientes inter Coniunctos omne scandalum et litium mali-
tiam amputare hac lege perpetuo valitura sancimus, quod quo-
ties emerserit aliqua Lis inter Coniunctos usque in tertium
gradum Lineae Consanguinitatis vel affinitatis, et intelligatur
affinitas durare etiam si mortua fuerit Uxor, vel Maritus,
per quem vel quam d.a affinitas contracta fuit seu et inter
virum et Uxorem et aliquis ipsorum litigantium petierit ante fi-
nitum terminum datum ad probandum ipsis Partibus quod compromit-
tatur d.a Causa ad petitionem petentis Potestas, et eius Officiales te-
neantur et debeant cogere d.os Litigantes ad eligendum aliquos ami-
cos communes unum vel plures prout concordaverint et compro-
mittere in ipsos seu ipsum de iure vel de facto qui Arbitri
unus vel plures electi teneantur et debeant ipsam Causam, seu Cau-
sas eis compromissas diffinire in uno mense computando a die
recepti compromissi et quod ipsi electi ab eis debeant cogi
per Potestatem vel eius Officiales ut sumant compromissum in
eum vel eos fact. et Laudo ferendo inter d.os Coniunctos per arbitrum
seu arbitros electos ab eis valeat nec liceat contradicere sed
ipsum Laudum et arbitrium qualitercumque Latum, seu diffinitum de-
beat Iudex coram quo fuerit petitum executioni mandare nulla
exceptione iuris vel facti audita, nec contradictione recepta.
Et pred.ta non vendicent sibi locum ubi peteretur executio Iustitiae
quarantigiae sententiae latae, Laudi vel arbitrii. Et quia Societas vin-
culum firmitatis nescit obtinere dicimus idem servandum fore
inter Socios si esset questio inter eos pretextu Mercantiae in
qua fuerint vel sint Socii. Item dicimus quod in Potestatem
forense vel in aliquem seu aliquos Officiales Civitatis Fulginei
non possit nec debeat compromitti aliquo modo directe vel
indirecte tanquam in Officiales vel privatas Personas et si
compromissum fuerit non valeat ipso iure. Et quod factum fu-
erit per eum seu eos contra formam presentis Capituli nullum habeat
roboris firmitatem, si vero fuerit aliquod per aliquem d. Potis vel
eius Officialium arbitratum, sententiatum iudicatum declaratum et
pacificatum non valeat ipso iure et si aliquid solutum fuerit
vigore predictorum possit perpetuo solvens repetere. Item dicimus quod si

1v

Potestas vel eius Officiales electi fuerint ipsi vel alter ipsorum
seu nominati aliquos Cives vel Commitatenses nostros Arbitros,
Arbitrator amicus communis, seu Compositor amicabilis aut
quocumque nomine censeatur et acceptaverit seu quoquo modo co-
gnoverit puniatur et condemnetur tempore sindicatus Comunis Fulginei
in centum Lib. Denar. Et Officialis contra praedicta faciens in
quingentis Lib. Denar. et eligens seu nominans quoquo modo
puniatur condemnetur summarie et de facto in viginti quinque
Lib. Denar. Comunis Fulginei et quod sententiatum fuerit non valeat
ipso iure, ut superius dictum est. Et hoc capitolum intelligatur in
qualibet parte quocumque petiatur compromitti ante Lit. contest.
et post usque ad dilationem datam ad probandum, quod per totum in-
violabiliter precipimus observari, et Legi semel in mense in
Consilio generali ubi tangit de materia praedicta. Et quod idem
observetur in mercatoribus de Civit. Fulg. quoquo modo contenden-
tibus occasione alicuius mercantiae. ad quod forenses non
teneantur si noluerint

De eodem Rubrica 40.

Item dicimus et ordinamus quod si contingat aliquas partes
comittere in aliquos seu aliquem de iure tantum sive de iure,
et de facto si in compromisso contineatur quod non possit con-
tradici seu peti reduci ad arbitrium boni viri et iuratum fue-
rit a partibus si in compromisso contineatur quod possit laudare
alte et basse, eque vel inequè modice vel inmodice et fue-
rit laudatum quod debeat stari dicto laudo nec possit ab aliqua
partium contradici nec possit peti ipsum laudum reduci ad
arbitrium boni viri, sed possit et debeat dictum laudum et arbi-
trium executioni mandari nulla exceptione audita, si vero praedicta ver-
ba vel aliqua ipsorum non fuerint dicta in dicto compromisso quod
pars quae dixerit se gravatam vel lesam contradicere possit
in quinque diebus. Et infra mensem debeat ipsam causam contra-
dictionis prosequi et finire alioquin a dicto mense in antea si non
fuerit contradictum compromissum inde lata firma permaneant
et possint et debeant seu debeat executioni mandari omni excep-
tione et contradictione remotis. Et nihilominus Iudex possit et de-
beat partem contradicentem in expensis factis in causa ipsius
contradictionis si contingat contradicentem succumbere vel non
esset prosequutus infra dictum tempus contradictionem et petitionem contradi-
ctionis

ctionis ad arbitrium boni viri condemnare et ipsas expensas facere refeci de facto in octo dies omnibus exceptionibus et oppositionibus remotis et ipsa omnia locum habeant in

2v

Ad statutu(m) Fulginei lib. 2. Rubr. 48. de donat. non facie(n)

Ad exacta(m) intelligentia(m) Eiius statuti uolentis fictitias censeri, et nullas esse ipso iure donationes, excedentes 25. libras denariorum, nisi interuenerit presentia Iudicis, et duum consanguineorum, plura premittenda sunt

Primum, quod dum d(ic)tum Statutum ordinat censeri fictitias, et ipso iure nullas donationes excedentes 25. libras denariorum, non loquitur de certa specie monetarum, sed de earum pondere, et sic de quantitate donationum computanda à proportione ponderis. Libra enim pondus est duodecim unciarum. Couarruu. de Collat. Vet. Numism. cap. 2. n. 3. Et ideo docet Calepin. in u.° libra, ~~et in u.° Pondo~~, quod libra constat ex duodecim Vnciis, et ~~quod~~ in u.° Pondo, quod istud uerbum Latinum, uersum in uulgari significat Libram. Calepinum autem facere auctoritatem, et probationem in iure nostro admittunt Vinc. de Franch. d.° 662. n. 17. et Card. de Luc. de Seruit. disc. 82. n. 12.

Secundum, quod dum dicit de 25. libris denariorum, loquitur de monetis argenteis, cum uerbum denarius monetam argenteam significet, ut tradit Couarruu. de Collat. Veter. Numism. d.° cap. 2. n. 6. et 7. et comprobat Calepin. in u.° Denarius.

Vide sup(er) hac materia Conciol. ad Stat. Eugubin. Lib. 5. rubr. fin. q. 49. n. 10.

3v

Tertium quod dominus dicit de donationibus excedentibus 25. libras denariorum, loquitur de tot libris monetarum argentearum quot correspondent centum uigintiquinque 125. solidis. Nam tanti ualent quinque solidi quanti ualet una libra Argenti; ut statutum habemus in l. unic. Cod. Argent. pret. lib. 10. Ubi dicitur, quod si debitor obligatus ad certam quantitatem monetę argenteę, uelit soluere in moneta aurea, debet dare quinos solidos prò singulis libris Argenti. Et ita interpretatur d. l. unic. Cod. de Arg. pret. lib. 10. ex professo Couarruu. de Collat. Vet. Numism. cap. 3. §. 2. n. 10. ubi reicit dictum gloss., quę in eadem l. unic. in u.o quinos. interpretatur, quod ad solutionem faciendam in auro, quando debitum ~~debitum~~ est in argento, prò singulis libris argenti, dandi sint decem solidi. Et ab opinione Couarruu. parum distat Fab. in §. nos autem n. 1. Instit. de Atil. Tut. qui dicit tanti ualere libras Auri, quanti duodecim libras argenti, et duos solidos ultra

Si autem adherendum esset gloss. in d. l. unic. u.o quinos. Cod. de Argent. pret. lib. 10. quam sequitur etiam Jas. in l. in eum n. 2. in fin. ff. de in ius uocan. et deberet recipi illius dictum, quod scilicet illud uerbum quinos in textu expressum significaret bis quinque, tali casu ad adequandum 25. libras argenti satis non essent 125. solidi, sed requirerentur solidi 250. ut patet ex calculo Aritmetico, qui facit rem manifestam, et plenam probationem Rot. coram Puiol. d.e 399. n. 13.

Quartum

Quartum quod Solid. sunt monete Auree, et quod Aureus idem sonat, ac Solidus; cum solid. et Aurei sint Synonima ad gloss. in l. i. et in l. fin. Cod. de Veter. numism. potest, et tradit Couarruu. de Collat. Veter. numism. cap. 3. n. 1. per tot. ubi pluribus rationibus, arguentis, et auctoritatibus comprobat. et idem firmat noster Bonavogl. in suo opere additionali ad Ias. in Addit. ad l. in eum ff. de In ius uocan. fol. mihi 20. et suff. hoc habemus maximum iuris testimonium in §. et iudicare Aut. de defens. Ciuit. Vbi facta prius expressione tricentorum aureorum, repetendo inferius eandem summam, utitur n.o solidorum cum dictione relatiua ad superius expressa, ibi = Si usque ad predictam tricentorum solidorum quantitatem =

Quintum quod Solidi non semper computantur eodem modo. Nam solid. antiqui, uti maioris ponderis, pauciores requirebantur ad constituendam libras, quam requirantur temporibus nostris; et magis pauciores exigebantur solid. antiquiores, quam solid. antiqui, ut aduertit Couarruu. de Collat. Vet. numism. cap. 4. n. 2.

4v

Sextus, quod quando solid. leguntur expressi in Codicibus editis

per Imperatorem Iustinianum, intelliguntur de illis, quorum

septuaginta duo appendebant integram libram, nam tunc tem:

poris 72. solid. faciebant libram. Quando vero leguntur

expressi in Statutis, seu nominati ab homine intelligun:

tur de solidis recentioribus, quorum numerus ad faciendam

libram requiritur maior. Ad integrandam enim libram re:

quiruntur 96. solid. nostri temporis. Vt de solidis tempore

Iustiniani asserunt Guil. Bud. lib. 5. de Asse Georg. Agric. lib.

2. de Pond. et temperat. monet. Alciat. lib. 2. dispunct. cap. 9.

et litteraliter probat tex. in l. quotiescumque 5. Cod. de Suscept.

lib. 10. et gloss. in rubr. Cod. de Veter. numism. potest. cod.

lib. 10. et gloss. in § fin. in fin. Inst. de Pen. tem. litig. Et

his accedit Couarruu. de Collat. Veter. Numism. cap. 3. sub

n. 3. vers. Ego in Cod. Theodosiano. Corn. cons. 127. col. 2. vers.

qui quingent. vol. 2. Dec. cons. 239. n. 3. Rolas. cons. 39. n. 40. lib.

i. Felin. in cap. conquerente De Offic. Iud. Ordin.

Et de solidis nostri temporis, quod requirantur 96. eorum ad consti:

tuendam libram Argenti agnouerunt Calepin. in uo. As. et Ias. in d. l.

in eum n. 2. ff. de tri. iur. uoc. et in l. stipulationum § ex his n. 16.

ff. de Verb. oblig. Felin. ~~de Offic. Iudic. Ordin.~~ in cap.

conquerente De Offic. Iud. Ordin. et Rolas. in cons. 39. n. 40.

lib. i.

Septimum

Septimum, quod 72. solidi antiqui, qui tempore Iustiniani libram integrabant, ualebant tunc temporis supra scuta centum monetę nostrę Romanę, prout comuniter firmant scribentes, occasione l. si quis argentum 36. §. ceteris Cod. de Donat. in qua irritantur donationes excedentes quingentos solidos, quoties non sint insinuatę; et definiunt, quod quingenti solidi in d. l. expressi excedunt summam scutorum septingentorum nostrę monetę romanę, ut uidere est penes Ciroc. discept. 53. n. 54. Andreol. contr. 166. n. 29. Magon. d. florent. 64. n. 39. et 40. Card. de Luc. de Donat. disc. 29. n. 10. et Rot. coram Buratt. d. 7. n. 5. et ijs relatis Constant. ad Stat. Urb. tom. 2. annot. 43. n. 7.

Imo non desunt tenentes, quod dd. quingenti solidi, de quibus loquitur d. l. si quis argentum ascendant etiam ad ualorem octingentorum monetę nostre romane, et propterea concludunt, quod nostris temporibus donationes quamuis, non insinuatę, ualeant usque ad summam scutorum octingentorum nostrę monetę romanę, et quod 72. solidi de quibus loquitur d.a l. si quis argentum sub §. ceteris, et quoque ~~in~~ l. illud 17. Cod. de Sacros. Eccles. excedant ualorem scutorum centum, ut plena manu refert Fabr. Comun. Concl. sub lib. 3. tit. de Donat. concl. 1. n. 59.

5v

Ex quibus palam fit quod quilibet ex illis solidis expressis in d.a l. illud 17. Cod. de Sacros. Eccles. et in d. l. si quis argentum 36. §. ceteris Cod. de donationibus, ualebat scutum unum cum dimidio circiter nostre monete Romane, nam calculatis quingentis solidis ad rationem scuti unius cum dimidio pro quolibet solido exit summa scutorum 750. ut patet ad euidentiam

Et quod pariformiter fit manifestum, quod sicuti tanti ualebant quinque ex illis solidis expressis in dd. legibus, quanti una libra argenti, ut dictum est ex l. unic. Cod. de Arg. Pret. lib. 10. Ita dicendum est, quod tanti ualeat una libra denariorum, que de una argenti libra intelligitur, ut probauimus supra uers. secundum. Adeoque, cum quinque ex predictis solidis ad rationem scuti unius cum dimidio pro quolibet solido ualerent scuta 07. 50. ~~tanti~~ Etiam una libra denariorum totidem ualere debebit nempe scuta 07. 50. Nam ~~Vna lib~~ quinque solidi subrogati sunt loco unius libre argenti, et eidem libre Argenti adequati,+ subrogatum autem sequitur naturam eius, in cuius locum subrogatur ~~Rot. coram Card~~ ~~Cen. d.~~ Lotter. de Re benefic. lib. 3. cap. 20. n. 23. et Rot. coram Card. Ceno d.a 87. n. 7. Et quod dicitur de uno adequato dicitur etiam de alio Mantic. de Coniect. lib. 11. tit. 10. n. 12.

+ ut probatur d.a l. unic. Cod. de arg. pret. lib. 10.

Octauum

~~Octauum quod [illegible] nostri temporis [illegible] ubi in [illegible]~~

Octauum quod premittendum est, illud est, quod ubi in locis no=
stri iuris scriptum legimus Solidi, uel Aurei, intelligimus
de illis monetis, loco quarum temporibus nostris stant,
Ducati. ~~Ducatos enim latine dicimus~~ Verbum enim Duca=
ti uulgariter expressum, latino sermone uertitur in uerbum Nummi au=
rei, ut docuit Magister linguae Etruscae Franc. Alumn.
in suo Oper. cuius titulus est Fabr. del Mond. n. 134. uers. Du=
cati. Fab. in Addit. Margin. ~~ad~~ §. nos autem Inst. de Atil.
Tut. Et uerbum Solid. seu Aurei + [ubi legitur in iure nostro] confunditur cum uerbo
Ducati, ut obseruarunt Doctores nostri, signanter Ias. in
l. in eum n. 2. ff. de In ius uocando, et in l. stipulationum §.
ex his n. 16. ff. de Verb. oblig. Rolan. cons. 39. sub n. 40.
lib. 1. et Mandos. in prax. Commiss. form. 3. sub §. Atten=
ta grauitate, uers. quare autem sit. In his namque locis
predicti Doctores agentes de Solidis scriptis in iure commu=
ni, modo ~~leguntur~~ primum uerbum Solid. modo uerbum Ducati, o=
stendentes tali pacto ea uerba esse synonima

6v

Item, quod, namque, Ducatus est valoris obulorum 75.
et quod ideo ducentum ducati sunt valoris scutorum iso
monete Romane. Fenzon. ad Stat. Urb. lib. 1. cap. 50. n. 31.
Const. ad d.m Stat. tom. 2. annot. 43. n. 8. et Rot. d.a coram
Zarat. d.e 102. n. 2.

Et decimum, quod sicut libra constat ex duodecim Vnciis
ut explicat Calepin. in u.o As et tradit Couarruu. de
collat. ~~[illegible]~~ Veter. Numism. cap. 2. n. 7. Ita olim sex
solidi legales, et antiqui tempore Justiniani, et modo
octo solidi nostri temporis, faciunt unciam, que constat
ex octo dragmis, quarum singula appendit ~~tres~~ scrupu-
los, Couarruu. de Collat. Veter. Numism. d. cap. 2. n. 3.
Et quod ideo quilibet solidus antiquus olim appendebat
sextam partem uncie, ~~quilibet unus solidus moder~~ idest
dracmam unam, et scrupulum unum; Quilibet vero so-
lidus nostri temporis appendit modo dracmam duntaxat unam sine
ullo scrupulo, ut probatur ex Couarruu. d.o cap. 2. n. 3.

His premissis conclusive dicimus, quod ad effectum, ut dispositio nostri statuti locum habeat, donatio debet excedere summam scutorum 187.50. monetę Romanę currentis, cum tales penitus summam faciant viginti quinque librę denariorum. Etenim iam probavimus supra ~~[illegible]~~ quod denarii sunt monetę argenteę, ut videre est sub vers. Secundo Et quod valor unius librę argenti corresgondet valori quinque solidorum legalium, ut diximus sub vers. Tertium Et quod quilibet solidus legalis ~~valebat~~ tanti valebat tempore Iustiniani, quanti hodie valet scutum unum cum dimidio circiter, et forsan plus monetę Romanę currentis, ut pariter ostendimus sub vers. Ex quibus infertur. Cum igitur quinque solid. legales, unam argenti libram comparati ~~[illegible]~~ coequantes, valerent scuta septem cum dimidio, vel ad monetam Romanam currentem ~~quans est, ut monetę romanę currentis~~, consequens est ut sicut quelibet libra monetę argenteę, seu denariorum valet scuta septem cum dimidio; ita 25. librę denariorum valent scuta 187.50. ut clarum fit ex calculo Arithmetico, qui supplere potest in iure, ut dovimus superius sub vers. Si autem adderendum in fin.

Et hęc interpretatio recipienda videtur quia si diceremus Statutum nostrum intellexisse de minori summa, valde corrigeret ius comune prohibens donationes excedentes summam scut. 700. et ultra. Et interpretatio facienda est, ut statutum minus, quam fieri potest corrigat ius comune

7v

Nec turbare uidetur, quod intelligentia nostri statuti loquentis de libris denariorum nostri temporis, perperam desumatur à ualore solidorum antiquorum, qui cum essent maioris ponderis, septuaginta duo ex illis appendebant integram libram, et ualebant sentra 208. et forsan pluris, ut notauimus supra uers. sextum, iuncto uers. septimo. Quod non procedit in solidis nostri temporis, qui utpote minoris ponderis, requiruntur nonaginta sex eorum ad conficiendam integram libram, ut firmauimus supra sub uers. Et de solidis. Nam obiectum ~~[illegible]~~ uigere posset quoties deduceretur quantitas statutaria à numero solidorum, nullo ad pondus respectu habito, sed non potest uim facere quando, ut hic, fuit definita quantitas habito respectu ad pondus, et ad ualorem ponderis cum illa ~~diminutione, quae patitur~~ differentia, quam dicit solidus, uel aureus, ad nummum argenteum. Nam cum Libra fuerit semper eadem, nempe duodecim unciarum, et illi quinque solidi antiqui constituentes libram integram argenti, fuerint ualutati ad pondus, exinde resultat satis clare, quod in definitione quantitatis nostri statuti nullus potest considerari defectus, et quod sicut quinque solidi antiqui appendentes unciam ualebant sentra septem cum dimidio, et dd. quinque solidi constituebant unam libram argenti, ualore ponderis non uariato, idem hodie dicendum est, Et propterea 25. librae denariorum, de

quibus

quibus loquitur nostrum statutum, valebunt d.a scuta 181. 50. ex iuribus superius allegatis sub vers. et quod pariformiter

Sicut nec etiam obstare videtur quod supradicta determinatio circa quantitatem donationis desumptam ex pondere non sit tuta, cum verbum libra non semper significet pondus, sed quandoque aliquando significet nummum, qui libra appellatur, et significat numerum paucorum numismatum, prout tempore Iustiniani libra erat numisma, quod dicebatur, stater aureus, non magni ponderis, ut ex Molin. de Contr. q. 100. n. 781. notat Covarruu. de Collat. Vet. Numism. cap. 4. n. 2. vers. quandoque, et n. 3. Et habemus etiam hodie libram quae est numisma argenteum valoris quindecim obulorum, quod nos vulgariter appellamus Lira, et Riccio à flexura, cum qua fabricatur. Et quod ideo, cum potuerit nostrum statutum loqui de istis libris numeralibus, nostra determinatio à pondere regulata, remaneat equiuoca, et improbata, cum non probet hoc esse, quod ab hoc contingit abesse l. neque natales 10. Cod. de Prob. l. non hoc 4. Cod. Vnd. Legit. et Rot. coram Coccin. d. 68. n. 19. et coram Amat. dunorz. d. 688. n. 9.

Huiusmodi enim obiectum nullam subsistentiam habere videtur. Non enim

enim loqui potest de illa Libra numerali, quà utebantur homines tempore Iustiniani, et quae vocabatur stater aureus, quia cum loquatur de libris denariorum, qui sunt monetae argenteae, ut superius ostensum fuit sub vers. secundum, ipsamet verba demonstrant quod de illis nostrum statutum non loq. Et quatenus de aureo statere vellemus dicere, quod nostrum statutum locutum fuisset A

Et nec etiam de illa alia libra numerali, quae vulgariter dicitur Lira, et Riccio. Tum quia ista Lira, e Riccio est moneta florentina, de quà statuentes Romanae ditioni subiecti, locutos fuisse non censetur, sed de argento excusso à proprio Principe, qui est Romanus Pontifex.

Tum quia si admitteremus quod nostri statuentes intellexissent annullare donationes sine solemnitatibus factas supra 25. liras, seu Riccios, qui faciunt scuta duntaxat tria cum obulis 75. redarguere mus eos de nimia animi levitate tenuitate, ordinando nempe servandas esse solemnitates, in rebus minimis, in quibus fraus, et circumventio (ad quas evitandas fuerunt inventae solemnitates, ut advertunt Fenzon. ad Stat. Urb. rubr. 150. n. 20. ad 25. et Constant. ad ids Stat. tom. 2. annot. 43. n. 62.) in consideratione non sunt habendae, ut disponitur in l. Oleum 10. §. fin. iuncta l. sequ. 11. ff. de Dol. mal. Cum de minimis non sit curandum B l. in rebus 18. §. possunt ff. Commod. l. res bona 54. ff. de Contrah. empt. l. scio 4. ff. de Rest. in int. et cap. et si quaestiones 18. de Simon. C Maxime quod agitur de personis gravibus destinatis ad leges ferendas ob publicam utilitatem, quales sunt conditores statutorum, quos ideo non convenit in minimis occupatos esse Mandos. de Commiss. form. 3. sub §. Attenta gravitate. Quamobrem de Liris, seu Ricciis voluisse disponere dicendum non est, quia statuta ita interpretanda sunt, ne Statuentes à sapientibus reprehendi possint, ut iuribus, et Auctoritatibus supra allegatis

---

A quod non credimus, incideremus in absurdum quod scilicet nostri statuentes legem tulissent suis minimis, idest suis donationibus excedentibus scuta 18. 75. et forsan minus, cum nec 25. ducatis aureis nostri temporis dictam summam excedant, ut ex dictis superius sub vers. Novum

B etiam si legibus videantur contraria

C et faciunt scripta per Const. ad Stat. Urb. tom. 2. annot. 44. art. 6. n. 553. cum segg. ubi sub n. 556. dicit quod etiam respectu pauperis scuta decem [illegible] historica summa.

~~simplici expressione verborum 25. librarum manifestassent quod intellexerunt de libris numeralibus, vulgariter Lire, e Ricci et verbum denariorum remansisset superfluum, et otiosum quod in statutis non est dicendum Rot. coram Duvol. dec. 69. ex n. 14. ad n. 16. et coram Jacob. Emerix dec. 993. n. 10.~~

gatis firmavit Rot. divers. dec. 294. n. 3. p. 2.

Et tum etiam, quia si statuentes voluissent loqui de libris numeralibus, vulgariter di Lire, ò Ricci satis eis fuisset prohibere donationes excedentes 25. libras, non addito verbo denariorum. Nam cum lire, seu Ricci sint numismata per se nota, ~~utpote~~ in omnibus comercijs usualia et per manibus omnium continuo traiecta, superfluum fuisset adicere illud verbum denariorum ad significandam qualitatem monetae argenteae. In statutis vero superfluitas, et otiositas non est praesumenda Rot. coram Duvol. dec. 69. ex n. 14. ad 16. et coram Jacob. Emerix dec. 993. n. 10.

10v

De Civibus sup. prohibitione Vini forensis Caput XLVIII

Ex veteri instituto Civitatis Fulginii, et per Apostolica indulta approbato. Cautum esse ne vinum forense cuiuscumque generis possit, non solum vendi, sed retineri in dicta Civitate, et eius Comitatu, et Territorio in certa parte Anni in dictis Literis Apostolicis expressi, quas hic inseri mandavimus, conducere et salubre esse Civitati putavimus de Civibus providere. Qui lege condita tueantur. Statuimus igitur ut boni Cives de bussulo more solito conficiendo, et retinendo, extrahantur in quolibet Semestri qui si eis videatur, in principio eorum officii publica Bandimenta fieri faciant per loca solita d.ae Civitatis, ne quis tam de d.a Civitate, quam eius Comitatu et Districtu Incola, Habitator, aut Forensis, possit Vinum forense vendere nec retinere sub pena in dictis Literis Apostolicis latius expressa, et amissionis Vini et Doli, quo d.m Vinum continebitur, applicanda pro medietate Comuni d.ae Civitatis, et pro alia medietate dictis Civibus, qui Cives successive possint si, et prout eis videbitur, particularium personarum non solum Tabernas et Hospitia, sed Domos interius perquirere, et investigare, an dictum Vinum forense vendatur, et retineatur et Civibus predictis volumus prestari patientiam, et obedientiam sub eadem pena.

11v

Vtique Cives teneantur retinentes aut vendentes Vi=
num contra formam predictam compellere ad soluendum
penas supra expressas. Declarantes quod nemo possit
excusari sub pretextu quod Vinum forense retineatur
pro usu suo et sue Familie.

Tenor supradictarum Literarum Apostolicarum in for=
ma Brevis videlicet

Dilectis Filijs, Prioribus, et Communitati Civitatis nos=
tre Fulginaten.

Paulus Papa III.

Dilecti Filij Salutem, et Apostolicam Benedictionem. Votis
Fidelium omnium presertim ex quibus Pauperum personarum
necessitatibus, et commoditatibus consulitur libenter
annuimus, ac hijs que propterea statuta, et ordinata
dicuntur ut illibata persistant, quum a nobis pe=
titur Apostolici Muniminis presidium propensius im=
partimur. Exponi nobis nuper fecistis, quod alias
vos in Consilio Centumvirali istius Civitatis nos=
tre Fulginaten pro infrascriptis, et forsan alijs
rebus et Negotijs utilitatem, et bonum dicte Civitatis,
et illius Hominum, et presertim Pauperum Personarum
concernentibus peragendis congregati. Attendentes
quod ex emptione Vini forensis, que per Hospites, et
Tabernarios dicte Civitatis in dies fiebat in maximum
eiusdem Civitatis, et precipue pauperum Personarum eius=
dem,

dem, quæ ob dicta emptione cariori precio Vinum, quod ex
Vineis et alys possessionibus d.æ Civitatis et eius
districtus colligebatur emebant præiudicium tende=
bat ex his et forsan alys de causis. Quod nullus
Hospes et Tabernarius, nullusque alius aliquo que
sito Colore Vinum forense à tempore Vindemiarum
usque ad Nundinas tad Principales prorogatas,
qua gratiatas de dimidia Gabella d.æ Civitatis cu
iuslibet Anni animo tad revendendi, emendi, seu
emi facere posset sub certa pœna statutis, et or=
dinatis prout in Scripturis publicis desup confe=
ctis plenius dicitur contineri, et sicut eadem exposi=
tio subiungebat, nos cupitis statutum, et ordinationem
huiusmodi pro illorum subsistentia firmiori nostro, et
Sedis Apostolicæ Munimine roborari. Quare nobis hu=
militer supplicari fecistis ut statutum, et ordinatio=
ne huiusmodi, ut firmius subsistant approbare, et
confirmare, aliaque in præmissis opportune provi=
dere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igit
qui singulorum nobis quantum cum Deo possumus li=
benter annuimus prædicti statuti, et quarumcumque
Scripturarum desup quomodolibet confectarum tenores
præsentibus pro expressis habentes huiusmodi supplica=
tionibus inclinati præmissa om̃ia, et singula, et desup

12v

p nos ordinata, et statuta authoritate Apostolica te-
nore presentium approbamus et confirmamus, omnesq;
et singulos tam Juris, quam facti defectus, si qui for-
san intervenerint in eisdem supplemus, ac perpetuo
observari debere, et sic p quoscumque Judices quavis
authoritate fungentes sublata eis, et eorum cuilibet
quavis alias iudicandi, et interpretandi facultate
iudicari, et interpretari debere: Nec non quicquid se-
cus à quoqua quavis authoritate scienter, vel igno-
ranter contigerit attentari irritum, et inane decerni-
mus et declaramus, et nihilominus pro potiori cau-
tela premissa de novo authoritate, et tenore pre-
missis statuimus, et ordinamus mandantes venerabili-
bus Fratribus Perusin, et Fulginaten, Episcopis, sive
eorum in Spiritualibus Vicarijs Generalibus, quatenus
ipsi, vel alter eorum p se, vel alium seu alios presentes
literas, et in eis contenta quecumque ubi, et quando opus
fuerit, ac quoties pro parte vestra fuerint requisiti
solemniter publicantes vobisque in premissis effica-
cis defensionis presidio assistentes faciant authori-
tate nostra statutum, et ordinatione huiusmodi firmi-
ter observari: Contradictores quoslibet, et Rebelles p
censuras, et penas Ecchlisiasticas, ac alia opportuna
Juris remedia appellatione postposita compescendo invo-
cato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio Brachij Secula-
ris: Non

ris: Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Civitatis etiã Juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate, alias roboratis Statutis et consuetudinibus, Privilegijs quoque, et indultis, ac Literis Apostolicis quibusvis personis sub quibuscumq. tenoribus, et formis, ac cũ quibusvis etiã derogatoriarũ derogatorijs, alijsque fortioribus, efficacioribus, et insolitis Clausulis irritantibus, et alijs decretis, et alias quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis et innovatis, quibus omnibus illorũ tenores ac si de verbo ad verbũ insererentur presentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus. Ceterisque contrarijs quibuscumque. Datũ Romæ, apud Sanctũ Petrũ, sub Anulo Piscatoris Decima octava Novembris M.D.XLI: Pontificatus Nostri Anno Octavo

Bl: de Torres Ca: Accurius.

14v

De Civibus sup. prohibitione Vini forensis Caput XLVIII

Ex Veteri instituto Civitatis Fulginiae, et p. Apostolica indulta approbato. Cautum est ne Vinum forense cuiuscumq. generis possit non solum vendi, sed retineri in d.a Civitate, et eius Comitatu et Territorio in certa parte Anni in dictis Literis Apostolicis expressi, quas hic inseri mandavimus, conducere, et Salubre esse Civitati putavimus, de Civibus providere. Qui legem conditam tueantur. Statuimus igit. ut Bini Cives de Bussulo more Solito conficiendo, et retinendo, extrahantur, in quolibet Semestri, qui si eis videbitur, in principio eorum Officij, publica Bandimenta mitti faciant, p. loca solita dict. Civitatis, ne quis tam de d.a Civitate, quam eius Comitatu, et districtu, incola, Habitator, aut forensis, possit Vinum forense vendere, nec retinere sub pena in dictis Literis Apostolicis latius expressa, et amissionis Vini, et Dolij, quo d.m Vinum continebitur, applican. pro medietate Comuni d.ae Civitatis, et pro alia medietate d.is Civibus, qui Cives successive possint, si et prout eis videbitur, particularium p.sonarum n. solum Tabernas, et Hospitia, sed Domos interius p.quirere, et investigare, an dictum Vinum forense vendatur, et re=

15v

tineatur, et Civibus predictis volumus prestari pa=
tientiã, et obedientia sub eadẽ pena. Dictique Ci=
ves tenèantur retinentes, aut vendentes Vinũ con=
tra formã predicta compelleri ad solvendũ pe=
nas supra expressas. Declarantes quod nemo pos=
sit excusari sub pretexto quod Vinũ forense re=
tineatur pro usu suo, et suæ Familiæ.

Tenor supradictarũ Literarũ Apostolicarũ in forma Brevis videlicet

Dilectis Filijs Prioribus, et Comunitati Civitatis no=
stræ Fulginaten.

Paulus Papa III.

Dilecti Filij salutem et Apostolicã Benedictionẽ.
Votis Fidelium omniũ presertĩ ex quibus Pauperũ
psonarũ necessitatibus, et Commoditatibus consulitr
libenter annuimus, ac hijs quæ propterea statuta,
et ordinata dicuntur ut illibata psistant, quum
à nobis petitur Apostolici Muniminis presidiũ
propensius impartimur. Exponi nobis nuper fe=
cistis, quod alias vos in Consilio Centumvirali ipsi=
us Civitatis nostræ Fulginaten pro infrascriptis,
et forsan alijs rebus et Negotijs utilitatem, et bonũ
dictæ Civitatis, et illius Hominũ, et presertĩ pau=
perũ personarũ concernentibus peragendis congregati

Attenden=

Attendentes, quod ex emptione Vini forensis, que per Hospites, et Tabernarios dicte Civitatis in dies fiebat in maximum eiusdem Civitatis, et precipue pauperum Personarum eiusdem, que ob dicta emptione cariori precio Vinum, quod ex Vineis, et aliis possessionibus dicte Civitatis, et eius districtus colligebatur emebant preiudicium tendebat ex his, et forsan aliis de causis. Quod nullus Hospes et Tabernarius, nullusque alius aliquo quesito colore Vinum forense à tempore Vindemiarum usque ad Nundinas tam Principales, prorogatas, quam gratiatas de dimidia Gabella dicte Civitatis cuiuslibet Anni animo tam revendendi emendi, seu emi facere posset sub certa pena Statuisdi, et ordinavissetis, prout in Scripturis publicis desuper confectis plenius dicitur contineri et sicut eadem expositio subiungebat, vos cupitis Statutum, et ordinationem huiusmodi pro illorum subsistentia firmiori nostro et Sedis Apostolice munimine roborari. Quare nobis humiliter supplicari fecistis ut Statutum, et ordinationem huiusmodi ut firmius subsistant approbare, et confirmare, aliasque in premissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui singulorum nobis quantum cum Deo possumus libenter annuimus predicti Statuti, et quarumcumque Scripturarum desuper quomo=

16v

dolibet confectarum tenores presentibus pro expressis habentes huiusmodi Supplicationibus inclinati, premissa omnia, et singula, et desuper per nos ordinata, et statuta authoritate Apostolica tenore presentium approbamus et confirmamus, omnesque, et singulos tam iuris, quam facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem Supplemus, ac perpetuo observari debere, et sic per quoscumque Iudices, quavis authoritate fungentes sublata eis, et eorum cuilibet quavis alias iudicandi, et interpretandi facultate iudicari, et interpretari debere: Nec non quicquid secus à quoquam quavis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari irritum, et inane decernimus et declaramus et nihilominus pro potiori cautela premissa de novo authoritate et tenore premissis statuimus, et ordinamus mandantes Venerabilibus Fratribus Perusin. et Fulginaten. Episcopis, sive eorum in Spiritualibus Vicariis Generalibus, quatenus ipsi, vel alter eorum per se, vel alium, seu alios presentes Literas, et in eis contenta quecumque ubi, et quando opus fuerit, ac quoties pro parte vestra fuerint requisiti solemniter publicantes Vobisque in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciant authoritate nostra statutum, et ordina

tionem

tione huiusmodi firmiter observari. Contradictores quoslibet, et Rebelles per censuras, et pœnas Ecchlesiasticas, ac alia opportuna Juris remedia appellatione postposita compescendo invocato etiã ad hoc si opus fuerit auxilio Brachij Secularis: Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ Civitatis etiã Juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis Statutis et consuetudinibus, privilegijs quoque, et indultis, ac Literis Apostolicis quibusvis personis sub quibuscumq. tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiã derogatoriarũ derogatorijs alijsque fortioribus, efficacioribus, et insolitis Clausulis irritantibus, et alijs decretis, et alias quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, et innovatis, quibus omnibus illorũ tenores, ac si de verbo ad verbũ insererentur presentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus. Ceterisque contrarijs quibuscumq.

Datũ Romæ apud Sanctum Petrum, sub Anulo Piscatoris Decima Octava Novembris M.D.XLI. Pontificatus Nostri

17v

Anno Octavo =

El: de Torres Ca: Accurius.

19r

Index stat. Officij D. Statinem

Rubricar.

Del modo, che deue tenere l'officiale —— Rub. 1.
Accusati di danno fatto manualmente —— Rub. 2
Accusati à dar danno con bestie —— R. 3
A chi tocchi prouare, quan l'accusato nega la proprietà
et chi debbia essere il consultore nelle cose dubie —— R. 4
Che in pena accusa possin tenere quanto è fine usu —— R. 5
Quelli, che possono accusare li danni fatti —— R. 6.
Electione de Sindici delle Ville ò Castella —— R. 7.
Che le Ville piu possano debbano dare il Malefattore —— R. 8
le Ville non possin [illegible] ò lor fauore testimonij
della Villa, mentre volessero defenderli —— R. 9.
le Ville siano senza danno [illegible] del malfattore [illegible]
Che si facciano il danno [illegible] da chi l'hauesse menacciato —— R. 10
le Ville non possano dare cen mal fare
Che non si mettano bestie di scadute, ò [illegible] per para[illegible]
Per chi non volesse fare l'attione alle Ville [illegible] —— R.
Come si dicano per malfattori quelli dentro —— R.
Che si possa dar il giuramento à tenenti bestie porcine, R.
dentro et indistinte ad'ogni altra persona
Delle electioni, et off. delli Guardiani celati —— R. 17
Delle citationi e Contumacie delli danni dati —— R. 18
Che l'officiale sia tenuto andar al luogo
à petitione delli parti —— R. 19
Alberi sopp. Case, ò terre, ò possessione altrui —— R.
Termini mossi, ò Cauati —— R.
Di mouesse alcun termine —— R.
Di chi uendesse parti di possessione, et [illegible]
[illegible]

13v

Di Chi volesse far stimar il danno à lui fatto — R 25

Arbitrio dell'Officiale contro li sequenti — R 26

Pegni tolti per il danno dato — R 27

Salario per l'esequutione delli pegni — R 28

Contumacie da non pagarsi — R 29

Pena di chi percotesse l'officiale di Simonia — R 30

De Arbitrio di recevere alcun danno — R 31

Del modo à coloro che volessero accusare che accusarò già — R 32

Che il Padre sia per lo figlio tenuto — R 33

Che si osservano le già fatte delli danni dati — R 34

Di chi non volesse dar il nome all'officiale — R 35

Di chi sia trovato far danno personalmente — R 36

De trovati da danno di notte — R 37

Modo per riscuotere le pene — R 38

Che siano posti procurare ò nuocere innanzi al [illegible] del danno dato — R 39

Modo per accusare le ville — R 40

Del modo et della forma per procedere da Tle et simili — R 41

Pena di chi occupasse la via, o la guastasse — R 42

Di chi (Molti) strade per adacquare le Maceratore — R 43

Che non se mandano bestie grosse e minute senza pastori — R 44

Confini, dove pecore, castrati, porci e capre si possano tenere — R 45

[illegible] confini et Animali de Macelli — R 46

202

Macellari, che non possano tenere bestie che pertino arone — R 4

Che tengano l'acanelli et del campano — R 4

Modo per accusare i Consoli delli Macellari — R 4

Pena di chi entrasse per vigna altrui — R 4

Pena di chi arricone agresta ò uva — R 5

Pena di chi facci danno per pattine — R 5

Pena di chi tagli pertighe ò alberi — R 5

Pena di chi havesse uccelli a pena, ò per vendarla — R 5

Pena di chi tenesse Cane nella Città — R 6

Danni alle mete di lecone sorte di biade — R 6

Di Coloro che daranno danno con bestie — R

Danni a Canapa, ò lino — R

Pena di chi toglesse Canaccicio — R

Danni di chi coltesse fior fraschi — R 6

Pena di chi porti erba in sacco — R 6

Piantioni, e pena per chi li dannegia — R

Frutti d'altri, che si toglessero — R

Che nessuno Minor di 14 anni possi portar frutti — R

Chi tirasse frutti per le muraglie — R

Orti Murati, ò Chiusi, che vi s'entrasse — R

Orti de proprij, e pena — R

Pena di chi darà danni per pescar — R 6

Via [illegible] delli hij [illegible] dal Colle

Che non si possi impedire [illegible]

Che l'Officiale possi di mani [illegible]

alle [illegible]

20v

Che si possa dar licenza del fuoco —— R 75

Di chi facesse tracceta per l'altrui possessione —— R 76

Canneti e pena di coloro che danneggiano —— R 78

Coiame, di chi lo taglisse

Stima generale del fuoco Capitolo —— R 79

Che l'officiale della rispettiva nell'inventione che

faccia li padroni delle possessioni, e la grida e

riscota l'emenda al padrone —— R 80

Giuramento che deve lo Sindico dar' à gl'huomini della —— R 81

Che si possa accusare non ostante che il danno

fosse fatto passati 2 mesi —— R 82

Di chi desse danno con bestie alle vigne —— R 83

La Villa non sia tenuta alla pena sidà ma

il malfattore d'en mese —— R 84

Malitia e negligenza de Sindici —— R 85

Che non si possi fare inquisitione generale contro

animali, che stessino à pascere —— R 86

Che nessuno macchi Canapa in maceratoio altrui —— R 87

Ne spanda mero Canapa in possessione altrui —— R 88

Mollare legnami ò alberi —— R 89

Dello strampollare ò mollare viti in vigne altrui —— R 90

Robbe da pigliarsi da' Cittadini per accusa —— R 91

Decorrenti che si taggiano in selve altrui —— R 92

Libro che si tenghi dati dell' Sindici —— possano

... —— R 93

... tutte gli officiali

... macchi —— R 6

... [illegible]

Magliol se si facessero fra vigne altrui —— 96
Cavar, ò Mettar albori fruttiferi —— 97
Modo del Seminare —— 98
Bestie dannegiate al tempo di Marzo et aprile —— 99
Dello scioglere le possessione altrui —— 100
Gratie che si fanno de dandi dati con bestie —— 10
Delle ricavare l'acqua —— 1
Di chi accusasse di danni dati —— 1
Bandi, che si manda per causa delle vie ——
Modo di sindicare gli officiali de d. d. et gli sindici
Gravar, o soggire l'essecutione alli officiali ——
Vigne, e danno, che ci si facci con bestie dal p.o g.
d'Aprile fino all'ultimo Maggio ——
Pena di cavare pollimini domestichi ——
Terreni occulti, che ci si possano procedere frequentemente —— 10
Viti che non si possano porre senza licenza ——
D'elegere un offi.le sopra le fossati —— 11
Che si mandi Bando per fatti di vie, ò fossati —— 11
Che non si seggeti nelle vie terreno —— 11
Che non si possa impedire schiaccare ——
Che racconciare le strade, e fatti spetti alli lavoratori ——
Vie Vicinali, come si debbano acconciare ——
Che non si possi impedire via vicinale ——
Che l'Officiale possi di mandare li sopras
alle visite

21v

Salario dell'Officiale delle Vie ——— c. 121

Pena di chi cauarà il porco senza licenza del vicino ——— c. 122

Che l'Officiale che portasse sementi, o mercie paghi la pena ——— c. 123

Pena dell'Officiale che venisse provato hauer fatto simonia ——— c. 124

De forestieri c. 22 ——— c. 22